

Ann. X.

ROMAE, Kal. Septembribus M DCCCCVII.

Num. IX.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

VARSIAE POLONORUM VARSIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15. Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28. Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE IN BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

- Ex Germania.** — De catholicorum opera in re civili.
De re litteraria apud Subalpinos. — I. De historia.
An aliquo modo Dionysii rhetorica defendi possit.
Vox Urbis palaestra. — Philosophus et Orator quo modo sese habeant ad invicem.
Papyri unde et quomodo eruantur.
De duobus antiquis templis in urbe Intemelio.
Horae subsecivae. — Ugolini Della Gherardesca Comitis mors.
Philandri Bavari de aqua disputatio.
Acta Pontificia. — Decretum SS^{MI} per S. Congregationem Concilii Tridentinis decretis interpretandis vulgatum circa regulas celebrandi matrimonium.
Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.
Diarium Vaticanum. — Coram SS^{MO} admissiones. — Pontificiae electiones. — Vita functi viri clariores. — Varia.
Annales: — Mauritana res. — Haganus de pace conventus alter. — Regalia itinera. — Inter Russiam et Iaponiam foedus iustum. — Italici motus in Catholicam Religionem.
Publici per Orbem coetus legibus ferendis.
Per Orbem.
Aenigmata.

In tertia operculi pagina:

ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis
aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCC VII



T. ET G. FRATRUM PARISI
Pontificia officina Candalarum ad Sacra
Facularumque sine oleo ad noctem, decem horas ardentium.

ROMAE in ITALIA, in Foro Campi Martii, 6

Peculiaris candelarum liturgicarum fabricatio ad S. Sacrificii celebrationem - Cerei Paschales
- Lumen Christi - Cerei ad Officia Tenebrarum - Cerei ornamentis decori ad baptismata et
Sacram Synaxim primum recipiendam - Filum cera madefactum ad candelas accendendas.

Merces ad omnes orbis portus nullo impendio iubentium, ne pro colligatione quidem, mittitur.

REQUIRANTUR CATALOGUS ET PRETIA

Officinae honores concessere Summi Pontifices PIUS IX, LEO XIII, PIUS X.

Commercium epistolare habetur Italica, Latina, Anglicae, Gallica, Theutonica, Hispanica lingua.

Sociis et lectoribus officinam hanc Candelarum ad Sacra enixe commendamus,
quae per orbem universum operis suae fructus iamiam disseminavit.

SUPELLEX AD RES DIVINAS

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando, quas quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro
Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS
paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

De claris sodalibus provinciae Taurinensis Societatis Iesu commentarii conscripti
et exornati a P. SALVATORE CASAGRANDI ex eadem provincia, ven. lib. 7
beneficio *Missionum Montium Saxorum, Californiae et Alaskae S. I., VOX URBIS*
Sociis pretio lib. **4,50** conceduntur.

Qui sibi eos cupiat, ab auctore requirat *Via Barbaroux, 28 — Torino.*

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR.
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.**EX GERMANIA**

De catholicorum opera in re civili

IDIBUS Februariis anno M DCCC LXXIV Russelius, anglus nobilis vir, eiusque asseclae lutheranae sectae studiosissimi, Guilelmo I, Germanorum Caesari, ex animo gratulabantur, quod leges Maio mense anno antecedente in catholicorum universitatem contra eorum iura latae exequutioni mandare coepisset. Guilelmus autem libens respondebat bellum sese instauratum, quod iamdiu Germanici Caesares contra Romanam Sedem deduxissent, quae semper et ubique populorum bonum atque salutem praepedivisset, et victoriam speraturum qua lutheranae reformationis commoda rursus latiusque diffunderentur.

Triginta vero annis post, Guilelmus alter, nepos eius, e Vaticana arce redux, ubi Leonem XIII inviserat, inter cardinalium ac praesulum conventum, aiebat « vim non esse ad regendos populos satis: vim enim omnis auctoritatis in religione esse reconditam, qua depulsa, gentes et nationes facilime dilabi ».

Et plane: veteres Germaniae optimates omnes nullam esse posse Germaniam existimabant nisi lutheranam. Horum consilio servientes illam in catholicos persequitionem Caesar eiusque cancellarius Bismarck instuerunt, quae *Kultur-Kampf* dicta fuit, atque legis rogationes proposuere, quibus clerus omnis catholicus reipublicae ditioni in omnibus subiiceretur. Has contra leges catholici, ac praesertim episcopi, vehementissimas protestationes edidere, atque actibus protestationes suas confirmantes, ad eligendos sibi proprios oratores populares quamplurimos omnem contulere manum. Quo conatu ita sapienter usi sunt, ut catholici oratores, qui nec sexaginta primum erant, anno M DCCCLXXXI fere in duplum excreverint.

Quia vero non catholici tantum hinc multiplicabantur, sed socialistarum haud minus inde factio crescebat, Bismarcius ipse ad hos coercendos catholicorum suffragia sibi ut faverent quaesivit. Ita ad compositionem ventum est et ad rogationes quae « pacis » dictae fuere, quibus septem annorum decursu omnes paullatim leges iamdiu in catholicos latae eversae sunt et abrogatae, restituta apud Pontificem Borussica legatio et inter Germaniam Hispaniamque obortae de Carolinis Insulis quaestionis compositi Leoni XIII ut arbitrio summo commissa.

Iure itaque legati municipum catholici hisce victoriis efferebantur, quae tamen Ludovico

Windhorst, eorum duci, satis ad diurnitatem visae non sunt.

Vir enim ingenio praeclarus, sed constantia maior, die XXIV mens. Octobris anno MDCCXC prope moriturus sodalitatem popularium Germanorum condiebat (*Volksverein Germanico* sermone dicitur *für das katholische Deutschland*) ea nimurum mente, ut omnes catholicorum vires una coniungerentur, ut novis novae aetatis necessitatibus serviret, ut socialistarum conatus, non vanis quaerimonias, sed opera et labore repellerentur, ut quod aequum atque iustum illi postulasset una cum iis, at Christiano animo, expostularetur, ut cuiusque ordinis institutio christianis rudimentis perfunderetur, ut opificium commoda iuvarentur, ut denique iura adlaborantium defenderentur passim. Iubebat siquidem vir sapientissimus, animos omnium religione communi esse cooptandos, at monebat simul omnia quae in bonum populi augendum procurantur, non esse nisi evangelico fonte deducta, ideoque oportere religionem christianam funditus atque iure suo populi curam gerere.

Quae ut consilia Germani catholici perficerent, miro ordine et mente prudentissima compositi sunt. Sodalitia enim condidere primum, quae tepidos ac negligentes cooptarent. Pro opificibus vespertinae aulae conductae, ubi colloquia invicem suis de commodis ac necessitatibus habere iis licet; popularia serinia posita ac nummulariae mensae, ubi daretur agricolis opificibusque pecuniam commodare absque usura; iurisperitorum positae sedes, qui opificibus praesto essent opera et consilio; sodalitates dominorum hinc, inde opificium conditae, ac, pro singulis artibus vel industriis, peculiaria sodalitia constituta, quibus una esset mens: « In rebus gerendis integer, in vita vivenda christianus » (1); agricolae ipsi pluribus sodalitiis copulati, et nummulariae mensae pro iis quoque conditae, quae, ruralium nomine, eorum commodis sufficerent.

Hoc modo, vix anno a fundatione exacto, centum sodalium millia iam in *Volksverein* societatem cooptati fuerant; modo vero quintuplicatus iam numerus est. Hi quidem sodales de societate universa in Christo instauranda optime meriti, comitia atque conciones habent, commentaria et diaria scribunt, bibliothecas ponunt, opusecula distribuunt, et christianos opifices in unum coactos omni ratione tuerunt. Quorum quidem sodalitia omni opera et constantia causam miserorum iuvant et provehunt, adserentes non omnia commoda esse a republica exspectanda, sed per se ipsos primum comparandam esse salutem.

(1) *Ehrlich im Handel, christlich im Wandel.*

Hisce conatibus et artibus Germaniae catholicorum factiones omnia quae favere miseris possent adiuvarunt alacres, sive de diurno labore ad octo tantum horas coartando, sive de constituendis opificum viduis bonis et praemiis, sive de protuenda operariorum vita, sive de feriali quiete iubenda ubique, sive de advigilando labore puerorum vel mulierum. Quae rogationes omnes quoties propositae sunt toties vindices atque fautores Germanicos nos sodales catholicos e populari factione invenere, et multiplicatos in dies, Windhorst illo et Lieber comite eius vita functis, ii qui iisdem successere, Bachem doctor, Schödler sacerdos, Trimborn populi orator, Spalm doctor aliisque, invenient.

R. M.

DE RE LITTERARIA APUD SUBALPINOS⁽¹⁾

I.

DE HISTORIA

SUBALPINI, quiescentibus rebus, post Gallorum dominatum, ad studium historiae patriae in primis se contulerunt, quibus libera penitus palaestra patescere videbatur. Hinc historiorum agmen, insita quadam nostrorum virtute, innumerabile exstitit. Sed ad illam historiae partem alaeriori studio contenderunt enucleandam, quae ad Subalpinas regiones potissimum pertinet, eorumque principes, quos adhae, in quo sane iudicio, seorsum optimae notae historici reliquerant. Et rex Carolus Albertus singulari studio ac benignitate hos ferre in oculis regaliter consuevit, eosque amplissimis perpetuisque honoribus decorare, qui res nostras ardentius inquirerent atque in lucem vindicare niterentur. Sed horum ducem dicere haud dubitaverim *Aloysium Cibrario*.

Hic, humili loco natus, magno praeditus ingenio, sub doctore Amadeo Peyron, taurinensi eodemque exemplaris virtutis sacerdote, admirandus tenacitate voluntatis, citra invidiam ad summa regni munera pervenit. Namque, temporum opportunitatem arripiens, primus omnium, rerum reconditarum sagax et pertinax inquisitor, singulari diligentia, adsiduo labore, nulla difficultate deterritus, remotis patienter saeculorum tenebris, quibus passim res antiquitatis circumfusae etiamtum menti hominum obversabantur, eo contendit, ut perspicue primam Augustae domus Sabaudiae originem erueret

(1) Cfr. num. VII.

eamdemque italicam praeter dubium ostenderet. In his enim votis, in hisce desideriis totus fuit.

Et quamvis multis reipublicae negotiis esset implicitus, maiorem tamen vitae partem in antiquis rerum memoriis detegendis impense transegit; atque e bibliothecis et e reconditis coenobiis, ubi multa notitiarum congeries iamdiu ignorata latebat, ineredita prope testimonia in lucem primum reduxit atque in doctorum commodum derivavit. In ipso enim omnes facile admirabantur ingenium acerrimum, laboris patiens, perspicuum, quae denique sunt optimi eiusque historici virtutes. Haec omnia una simul feliciter coniuncta reperies.

Quo nomine, Carolo Alberto regi, qui viorum ingenia in primis alebat fovebatque, carnis acceptusque vixit. Eius quoque suasu, quamvis ad altissimas regni dignitates esset adiectus, ab incepto historici munere numquam recessit. Quamobrem aulicis honoribus auctus, ita se Principi probavit, ut inter nobiles adlegeretur, et maioribus Ordinis Mauritianiani insignibus donatus, et in electissimos doctorum coetus per Europam cooptatus, inter sodales denique adnumeraretur taurinenses doctrinae finibus proferendis, Ordinisque Sabauidiae ob merita civilia.

Ipse enim scripturus de regibus Sabauidis primus adgressus est feliciter quaestionem, quae iamdiu doctos homines torquebat de Augusta domus origine. Namque quum complures hac de re eademque discepentes sententiae essent prolatae, illorum opinio ei maxime probatur, qui contendunt Humbertum I, cui fuit nomen inditum *Bianca Mano*, quem certissima documenta Allobrogiorum principum progenitorem adtestantur, adnumerandum proceribus esse, qui vivo etiam Rodulpho, Burgundiae rege, herili imperio aliquot provincias obtinuerat. Hie Othonis Guillelmi filius, Adalberti nepos, Italiae regis, post Rodulphi excessum Vallem Maurianam apud Allobroges aliaque circum loca in ditione habuit; neque solum bellica virtute, sed iustitia, pietate et munifica in sacras aedes liberalitate praesertim enuit.

Quae quidem quum primum praeter omnium opinionem, veluti e communi rerum naufragio iterum in hominum memoriam sunt prolata, omnibus historiae cultoribus maxime probantur, et regi in primis, qui nihil carius, nihil antiquius habebat quam ut italicia cognoscereatur atavorum suorum origo.

Haec autem opinio, ut hic obiter dicam, in universum tradita, placuit, et multis praeterea acerrimisque novis argumentis e documentis rerum antiquarum in lucem editis, etiam atque etiam comprobata, ab omnibus postea scriptoribus etra invidiam in vulgus editur atque laudibus accipitur. Quo facto, inter eius praeliarissima opera, principem locum obtinuisse nemo dicere dubitavit *Historiam Augustae Domus Sabauidiae*, quae subito in honore habita multis et perpetuis laudibus exornatur.

Exaravit deinde *Historiam Augustae Taurinorum*, eo mentis acumine eaque dictionis elegantia, ut inter adprobatisimos scriptores omnium sententia adnumeraretur.

Eodem ingenio et patientia amplam historiam Urbis Cherii in vulgus edidit, quae olim fuerat in subalpinis floridissima res publica et multis viris et egregiis virtutibus enituerat. Haec a Friderico Aenobarbo hostili animo incensa atque ad ultimas redacta, mirum in modum ad pristinam gloriam revixit.

Complura alia praeterea deseripsit Cibrarius, et mira admodum facundia ac celeritate, sed nobili semper in omnibus eloctione atque elegantia. Sed quum diu supremus rei litterariae moderator fuisset, et deinde rationes regni externas cum decore vel in difficillimis reipublicae temporibus, gessisset, se quasi medium ferens, nil improbandum fere produxit.

Etiamtum adolescens atque ingenio nimis indulgens, ab illis quoque scriptiunculis minime se abstinuit, quas recentiores *Novelle* appellant, in quibus maxime mentis viget atque exigitandi vis. Ad fabulas milesias proprius accidunt, etiamsi veritatem quamdam prae se referre videantur. Eius narrationes omnes sermonis elegantia nitent, et nihil ipsis perfectius, nihil inveniuntur.

Quamobrem eis recte adiudicaveris aptandum esse illud Vergilii:

Si canimus sylvas, sylvae sint consule dignae!

Ipse vero, quod paulo ante diximus, quum vitam potissimum egisset quo tempore apud nos laus erat et honor rebus novis inservire, religionem sanctam adgredi, iura Ecclesiae audacius, herili imperio fretos, scriptis carpere, vel ipsam Pontificis Maximi auctoritatem in dubium revocare, nihil omnino hac in re vel putidius vel quid noxii protulit. Quae autem publica uti administer imprudenter, vel ex tempore locutus adseruit apud populares oratores vel apud senatores, aut demum auctoritate sua facilis approbavit legibus Ecclesiae pugnantia, libero ore moriturus, veniam demisse repetens, ulti refutavit.

Extremo suo tempore, labante in dies valitudine, diuturnis doloribus afflitatus, quum aequo animo ad ultimam senectutem pervenisset, laetus, omnia fausta suis adprecatus, ad caelestes advolavit kal. octobribus MDCCCLXX.

(Ad proximum numerum.)

SUBALPINUS.

An aliquo modo Dionysii rhetorica defendi possit

Ex iis quae in superioribus numeris disputati vidi dixerit quis paulo me asperiore sententia in Dionysium inquisisse, magisque eum reprehendendi studio quam laudandi induisse.

Oportet vero praecipere – ne ita possit de me existimari – his rebus nec in eorum sententiam descendere voluisse, qui nasute dionysianam historiam destringant, neque illis adstipulari omnino, qui summis laudibus rerum scriptorem conentur efferre.

Nam, si magis offendit nimium quam parum, iam patet per se quam longe afuerint a modo qui, praedicta quadam opinione, de Dionysio disseruerint, eumque historiam scripsisse

affirmaverint non ut « hominem civilem », non ut « auctorem pragmaticum », sed « plane ut professorem, h. e. ludimagistrum », aut egregie concinnasse cum eruditione mentisque acie dixerint, quaecumque crimina in ipsum adversari coniecerint diluere studentes. E contrario, per medium imus, ut diei solet, aliquid concedentes, aliquid non probantes, quum rectius sit omnibus in rebus uti moderatione. Quibus praemissis, an aliquo modo Dionysii rhetorica defendi possit, experiamur.



Hand dubium est – ut rem altius repetaamus – quin plurimis *Antiquitatibus Romanarum* locis Dionysius rhetorica usus sit, quippe quum nimis in eius studium incubuerit, minimeque seiungi potuerit.

Vidimus iam, in operis contextu, verborum redundantiam sive effusum orationis genus, digressum frequentiam, sermonis floculos, comparationum consuetudinem. Dionysiana autem narrationis formam cum illo incitatore amni non dubitavimus conferre qui, nullo aggere tentus, super ripas effunditur, quaeque sunt ima non sinit cerni, suoque cursu lutulento involvit omnia. Diximus etiam redundantiam eius nonnullos ex asiatico dicendi genere profectam existimasse, floribusque superbe frondescensibus aequasse qui tenerum obtegant folliculum eos involventem, quosque si comprimas, inferiores quidem specie admiratus agnitus sis. At hic discrimine opus est: quae per se patet vitia, omniumque ob oculos versentur, non adducimus in dubitationem. Cui enim probatur illud dicendi genus turgidum, quod satietatem quamdam in lectorem necesse est inducat?

Fuerunt vero, omni quaque aetate, qui nimis huic ingenio indulsissent, quum insitum sit paene omnibus inflatius perscribendi studium; at hi merito paullo post contempti atque abiecti iacuere! Saepe accidit etiam ut in scriptis pendendis, ingenii praesertim venditandi causa, quae desint omnino aestimatores quidam cupiant detegere; exinde conatus innumerabiles quid cogitaverit scriptor perscrutandi, frigidum acumen, iactura temporis, mentis effusio...

Quae res in Dionysio inspicitur, ne a meo proposito egrediar. Constat enim prioris aetatis homines eius libros in summis deliciis habuisse et quamplurimi aestimasse; nostrae autem viros doctos permultum a nimia illa admiratione recessisse multisque conatibus detexisse in quae dicendi vitia Dionysius incidenteret, quid e rhetorica sibi adseceret, quibus ineptiis aditum daret, tamquam si e. gr. archaeologia nullius esset momenti ad rerum gestarum notitiam augendam, et in his morari cavillationibus quam cetera, immo vero potiora, perpendere, praestaret!

At ego in adversa sum opinione: De *Romanis Antiquitatibus* disputans, cuius in promptu esse officii duo, dionysianorum studiorum rationem hoc ferre, ut historiae quoque confectio rhetorica gradatim redoleat; quemadmodum quivis poeta, etiam si soluta loquatur oratione, poetarum quam oratorum similiorem eam reddat necesse est! Compertum enim habeo nimiam illum impendisse operam in rhetoricae

studium, quippe disciplina eaque digna et omni e validisque viribus oratorum et rhetorum tempore ad suam partem, participasset, cepta potissimum atticorum oratorum care; ali autem, versati, asiaticum rata cognitione constitutum, amplecti-

Dionysius arbitris, quid de vita eius enixe ostendit, an negotio oratoris et cordiam in ea se prosperitatem fovet, oratoriam culmen habuit ac, tali im est aptare discipli-

Praeterea, haud e sententia, historias definiri exempla..... Cunnus tribuendum consilio eam honestuerit ille, quanam Omnia enim quae a pertinent, ad historias est. Hinc orationum diligenter conquirendis, temporibus, ordinis accommodandi.

Quum adeo mutatio dieia, ut, quod prius retur pluris, vix numero in contemplationem aperiatur eis historiarum bitae, sint nobis offitimus, investigationes gritatis studium, ut mus. At illis temporibus Herodotus, Thucydides exemplo confirmavimus. Quamplurima

Quid mirum igitur sit, quem magnopere teris rerum scriptor bona peperisset ant-

Quin immo, in horis ut accurate present scripta, ideoque rationes inventus est, et cipiis stetisse videamus. Rerum qui loquuntur sunt, Thucydides et rancrunt ab illo, quoniam perfrigerint.

Dicat quispiam – longius processisse vel potius philosophem, meminerit qualis sit tumve in hisce rebus novitati tribuendum opportuna Schulinia-

nem civilem », non
», sed « plane ut
rum », aut egregie
mentisque acie di-
in ipsum adver-
entes. E contrario,
solet, aliquid con-
entes, quum rectius
oderatione. Quibus
Dionysii rhetorica

em altius repeta-
uitatum Romana-
ca usus sit, quippe
in incubuerit, mini-

ontextu, verborum
orationis genus, di-
onis flosculos, com-
Dionysiana autem
o incitatiore amni-
i, nullo aggere re-
ur, quaeque sunt
eurus lutulento in-
redundantiam eius
i genere profectam
perbe frondescenti-
obtegant folliculum
i comprimas, infe-
atus agnitus sis.
: quae per se pa-
oculos versentur,
nem. Cui enim pro-
urgidum, quod sa-
rem necesse est in-

aetate, qui nimis
quum insitum sit
scribendi studium;
temti atque abieci-
ut in scriptis per-
venditandi causa,
atores quidam cu-
tus innumerabiles
erutandi, frigidum
mentis effuso...
picitur, ne a meo
enim prioris aeta-
mmis deliciis ha-
stimassem; nostraræ
um a nimia illa
que conatibus de-
a Dionysius inci-
dsciceret, quibus
nam si e. gr. ar-
enti ad rerum ge-
et in his morari
mmo vero potiora,

nione: De Roma-
euvis in promptu
im studiorum ra-
quoque confectio-
; quemadmodum
equatur oratione,
miliorem eam red-
enim habeo ni-
am in rhetoricae

studium, quippe qui plura in hac scripserit
disciplina eaque vel maxime quae legerentur
digna et omni eruditio genere abundantia,
validisque viribus controversiam inter duas
oratorum et rhetorum factiones, e Ciceronis
tempore ad suam quoque aetatem perseveran-
tes, participasset. Erant qui ad Aristotelis praec-
cepta potissimum se conformarent ac veterum
atticorum oratorum rationem studerent revo-
care; alii autem, in elocutionis gratia maxime
versati, asiaticum dicendi genus, rerum accu-
rata cognitione et philosophiae disciplina de-
stitutum, amplectebantur.

Dionysius arbiter stetit, ac praeceptis, exem-
plis, quid de vi et natura eloquentiae sentiret
enixe ostendit, animique plenus nullo affirmavit
negocio oratoris esse rempublicam gerere, con-
cordiam in ea servare, virtutes commendare,
prosperitatem fovere! Quin etiam, institutionem
oratoriam culmen quasi doctrinarum omnium
habuit ac, tali imbutus principio, cuique ausus
est aptare disciplinae!

Praeterea, haud omittendum censeo, Dionysii
e sententia, historiam φιλοσοφίαν ἐν παρα-
δειγμάτων definiri posse, quum eius sit docere
per exempla..... Quid igitur? Si id est historiae
munus tribuendum, nemo ambigit profecto, quo
consilio eam honestati et voluptati servire vo-
luerit ille, quanamve ratione hæc steterit lege.
Omnia enim quae ad hominum vitam moresque
pertinent, ad historiam referre optimum ratus
est. Hinc orationum frequentia, hinc illas di-
ligenter conquirendi norma rebusque proposi-
tis, temporibus, oratorum et auditorum inge-
niis accomodandi.....



Quum adeo mutata sint nostræ aetatis iu-
dicia, ut, quod prius probaretur atque habe-
retur pluris, vix nunc perferri possit et saepe
in contemplationem adducatur, facile potest per-
cipi cur historiarum orationes, perfuse adhi-
bitae, sint nobis offensioni. Aliud enim expe-
timus, investigationis aciem, veritatis et inte-
gritatis studium, ut haec præ ceteris nomine-
mus. At illis temporibus longe aliter res erat:
Herodotus, Thucydides, Xenophon iam hoc suo
exemplo confirmaverant, quum historiis ora-
tiones quamplurimas inseruissent.

Quid mirum igitur, si Dionysius eos imitatus
sit, quem magnopere conatum esse puto ut ce-
teris rerum scriptoribus praestaret, quaeque
bona peperisset antiquitas, renovaret?

Quin immo, in hoc conatu, nulli pepercit la-
bore ut accurate perpendret quae ab aliis es-
sent scripta, ideoque saepe in auctorum ora-
tiones inventus est, quippe quum non suis prin-
cipiis stetisse viderentur. Nam si orationes eo-
rum qui loquuntur vitae moribusque aptandae
sunt, Thucydides et Xenophon merito vituper-
rantur ab illo, quum hanc legem plerumque
perfrigerint.

Dicat quispiam - cui adstipular libenter -
longius processisse Dionysium, nimio edocendi
vel potius philosophandi ductum studio, modo
meminerit qualis sit consuetudinis vis quan-
tumve in hisce rebus artis usui ac temporum
novitati tribuendum! Ad hoc non possum quin
opportuna Schuliniana verba referam, quam-

quam non prorsus cum auctore convenio: « Quo
enim tempore Dionysius Romæ fuit, libertas
populi romani nondum prorsus extincta erat;
comitia et senatus ab oratoribus regabantur;
historiarum igitur scriptori id præcipue spe-
ctandum erat, ut etiam qui civili orationi in-
cumberent utilitatem aliquam ex opere suo
capere possent. Adde quod Dionysius Romæ
artem oratoriam docuit ideoque neminem magis
quam ipsum, in historia orationum bene elab-
oratarum atque forensi usui accomodatarum
specimina proponere decuit » (1).



Restat nunc ut quid de aliis digressibus exi-
stimandum sit persolvamus.

Praetereo silentio frequentes urbium situs
et caeli descriptiones, eaque omnia ad iuris ro-
mani notitiam pertinentia, in quibus viderit
quisque ut sua fert opinio, et ad illas venio
comparationes, quas Dionysius suo operi in-
serit.

Diximus iam in antiquorum reipublicae tem-
porum cum recentiore rerum statu Dionysium
delectari comparatione, et saepe iracundia in-
flammari, quum condicionum discrimina per-
penderit.

Hanc, ut ita dicam, consuetudinem, non de-
fuerunt qui ad rhetorica revocarent, vel potius
in ineptias adscriberent; quod non omnino
probatur mihi. Nam, si tali studio Halicarnas-
ensis scriptor inservit, suae aetatis mores in
medium proponendo deque miseriis ac cor-
ruptela deplorando, dum antiqua laudat institu-
ta veterumque rerum gestarum narrationem
pergit, nulla paene voluptate ductus, sed quadam
necessitate coactus in hoc evigilat. Quod
si rhetoricae pigmentum detegi velit, bene potest
in dicendi genere, non in animo reperiri.
Suus enim cuique mos perpendendi et discep-
tandi casus eventusque rerum, hoc uno inter-
posito intervallo, ut quisque sine ingenio ac
sine litteris ea tantum attingat, quae sibi ob-
oculos versentur, quum qui aerioris subtilio-
risque sit consilii, penitus inspiciat, in causas
inquirat, per comparationes procedat, iudicium
exemplis confirmet. Quod autem sentiat scrip-
tor, vix effici potest quin passim immisceatur
operi.

Ceterum, unusquisque nostrum sentit idem!

Scimus id præcipue in historia scribenda
spectandum esse Dionysium dixisse, ut ea pa-
triae laudes celebrentur amplificanturque, et le-
gentium honestati voluptatique consulatur. Id
sentiens, poteratne fieri ut aequo animo de iis re-
bus cogitaret suo consilio obstantibus, qui optimè
ea lege videretur stetisse? Minime quidem,
si parumper consideremus quanto in amore ius-
titia et probitas Dionysio fuerit! Nonne igitur
necesse fuit illi de mutatis rebus, verborum li-
bertate quadam, vehementer queri? Quid amplius?

Si « scriptor noster, - ut ait Weismannus -,
cum iis sensit civibus qui pristinum reipubli-
cae statum quo restricta plebis insanientis li-
centia senatui summa imperii commissa erat,

(1) V. FRID. SCHULIN, *De D. H. historico præcipuo historiae turis romani fonte*. Heidelbergae, MCCCCXX, typis Ioann. Gutmanni.

nuper periisse misere lugebant », iam in aperto
est hand aliter Dionysium agere posse.

Uno allato exemplo, in quo magis hoc emer-
gat, videamus:

In libro IV *Romanarum Antiquitatum*, cap.
XXII, is, incidens in errorem, Servium Tullium
tradit omnes servos, qui libertate donati essent,
in civitatem recepisse, occasionemque arripit
disserendi in quam suis temporibus insaniam
venissent isti, quaque facultate in libertatem
a dominis assererentur. Queritur autem adeo
mutatas esse res, ut priscae Romanorum vir-
tutes pro nihilo habeantur, quum hoc compa-
ratum sit ut ad dignitatem producantur quos
dominorum levitas vel insolentia gloriae rede-
merit, censoresque summopere deprecatur ne
legentiam diutius perferant.

Atqui hunc, si licet dicere digressum, quem
potius pro re locum allatum putem, in ine-
ptias nonnulli adscripserunt! Sit sane motus
animi, iracundiae quidam aestus; verum enim
vero ad rhetorica revocari non potest....
Quam in sententiam, ni fallor, doctus et intel-
legens rerum estimator Pais fere descendit,
qui, dum subtiliter animadvertis Dionysium in
amicitia cum Aelio Tuberone fuisse, ad quem
de Thucydide scriptore librum exaravisset,
suamque in mores perditos effudisse iram,
propterea quod tempus actum patronus lau-
daret, litterarum iurisque civilis studio deditus
ac veritatis amans; accuratius percenseri
oportere quos huiusmodi locos Niese aliisque
existimantes « inane » diiudicaverint prae-
cipit (1).

Pari modo statuendum censeo de obiurgationibus in immoderata divitiarum cupidita-
tem, in languescentem deorum cultum, in vir-
tutum contemptionem, in iurisiurandi negle-
gentiam, in rerum perturbationem, in luxuriam,
in ea tandem vitia, quae rempublicam funditus
trahunt civiumque saluti magno sunt detri-
mento.

Quod si Dionysius fuit erga deos pius homo
sanctusque - hoc autem collegimus tum ex iis
qua ipse sibi proposita ostendit, tum qua
in aliis laudat vituperative - viris natu maiori-
bus obsequens, patriae amans, temperans,
iustus, veritatis aequitatisque studiosus, nullo
malignitatis crimen contaminatus; si virtutis
ad normam vitam suam direxit; haud dubium
est quin bene de hac re senserim.

Meo quodam opusculo de sensu naturae in
epistolarum plinianarum libris, quod superio-
ribus annis edidi, illa Valmaggii verba ad me
sevocabam, in quibus egregie assereret auctor,
« religiosum quasi rhetoricae studium humano
generi esse insitum, semper, omni tempore, qua-
cumque litterarum condizione ».

Eadem verba hic quoque possum afferre,
quum magni mihi videantur, ut aequiores Dio-
nysio existimantes se præbeant.

Scrib. Salerni, mense Iunio a. MCCCCVII.

M. GALDI.

(1) V. PAIS, *Dionigi d'Alcarnasso e la legge Aelia Sentia*. Nota letta alla R. Acc. di Arch., Lettere e Belle arti, Tor-
nata del 30 maggio 1904. Napoli, Tip. della R. Università.



VOX URBIS PALAESTRA

Philosophus et Orator
quo modo sese habeant ad invicem

QUUM nostra sententia totum veluti doctrinæ patrimonium inter oratorem divisum sit et philosophum, videamus paululum, si placet, qua ratione hi sese habeant ad invicem.

Et nos quidem oratorem hoc loco non eum solum usurpamus, qui ad Tullii praeceptum sapienter possit ornataque dicere, sed etiam qui eadem ratione scribere: eum nempe quem litteratum hominem vulgo dicimus.

Is igitur non uno modo a philosopho discrepat, cuius proprium est munus invenire veritatem, oratoris referre et nunciare inventam. Qui solum philosophum agit gravis semper est, viae et rationi in omnibus studet, cuneta ad exactissimam revocat rationis trutinam. Orator contra aliis, quam ratione, viis atque modis sese animis insinuat, ac mentes furtim quodammodo subire contendit: rerum verborumque lenociniis adlicere, persuadere potius quam argumentis vincere, animorum motus concitare, affectibus blandiri, curiosum et vividum ingenium amare, pulcris ac scitu iucundis rebus magis quam nudae studere veritati. Philosophus vel cum Pythagora antro sese abdere vel Accademo cum Platone: orator vero in publicum prodire, in foro, in athenaeo, in lyceo versari. Ad haec orator omnem suam doctrinae veluti supellectilem a philosopho mutuatur, quam tamen confessim suam facit, eamque mentis sua quasi colore tintet atque odore conspersam ceteris exhibet. Ita quamvis non omnis sit philosophus orator, orator tamen est nullus quem iniuria philosophum dixeris, quod veritatem a philosopho inventam ita mente animoque complectitur suo, ut ea novam eamque splendidam formam induisse videatur.

Itaque sic teneamus: oratorem non minus quam philosophum ad amare consecutarique veritatem: utrumque tamen diverso quodam modo: hunc veritatem ut inveniat, illum ut demonstret vulgique inventam.


GREGORIUS CLEARY
ex Urbano athenaeo Leoniano.

PAPYRI
UNDE ET QUOMODO ERUANTUR

OPIMIS maxime e thesauris, quibus antiquitatis doctrina ditatur, principem locum Aegyptios certum est obtinere papyros; idque tum rebus quas continent, tum antiquitate sua. Verumtamen eorum inquisitio admodum impervia plerumque maximisque dueenda cautelis. Nimis enim periculosum est eos ab Aegyptiis incolis querere, qui plerumque falsos effingunt, et mentita voce ut vetustissimos venumdant. Nonnunquam autem, ut de veteribus

nummis fieri saepe apud nostros audimus, ita ibi de papyris, quos nuperrime sua manu effectos et conscriptos ad tempus, veterum inter ruinas urbium ipsi sepelinunt, ut obstupente eoram viatore effodian.

Quamobrem antiquitatum viri studiosi Aegyptias terras qui lustrant hand multam fidem tribuendam papyris huiusmodi docent, plerique licet papyri revera inter ruinas veterum urbium effodian, ut contigit Dimeh in oppido, Meridis lacus ad septemtrionale litus positio. Quae florebat eo in loco civitas tertio post Chri-



Cathedral templum in urbe Intemelio.

stum saeculo ab incolis omnibus extemplo deserta est. Eius autem domus, mirum sane, nemo depopulatus est, ita plane ut obducta ventis paullatim deserti arena eas intactas obruerit vetustaeque humanitatis, linteo veluti suo, vestigia ad nos usque integra servaverit.

Ingens inde papyrorum thesaurus eius per ruinas oppidi repertus est. Sed et alibi, ubique veterum Aegyptiorum innotuere ruinæ, recondita papyrorum messis habebatur. Quum tamen veteribus ruinis superexstructae recens domus fuere, hand parvi pretii hodie est eas emere ad diruendum. Quamquam regulus ille Mehemet Ali pauoris abhinc annis edito decreto oppida saepe ex integro, decem vix obolis singulas domus emens, solo aequavit.

Nec tamen gravi forte pretio Meuscè regionis agricolae agros suos omnes, eueurbitarum cultui traditos, locare effosoribus hodie consentiunt ad papyrorum inquisitionem per Ptolemaidis ruinas, quas suo illi cultu obruunt.

Ditissimi tamen papyrorum acervi iis in collibus sive tumulis abundunt, quos Aegyptias

prope urbes videre est ac *scebach* nomine incolae hodie vocant. Qui saepe colles magnam nonnunquam altitudinem attingunt. Suorum enim omnium domum immundicias unum in locum Aegyptii deponere ita assueverunt, ut, decurrentibus annis, ad multam saepe congeriem cumuli exereverint. Itaque Medinet-El-Fajum ad opidum viginti passuum ad altitudinem collis huiusmodi extollitur; Cairo vero ad urbem septuaginta. Nam quo magis frequens erat in urbe civium multitudo, eo citius altius immundus acervus augebatur. Immundis vero hisce ex fodinis Aegyptiae antiquitatis mirae reliquiae eductae sunt, quae Berlinensis modo et Vindobonensis et Genvensia musaea complent.

Sed non ante trigesimum a nobis annum inita res; nam quum saccari frumentos coli per Aegyptios agros cooperunt, agricultae eos per colles optimum sibi finum paratum rati, ad eos effodiendos ligones admovere. Cultu igitur saccarino sacrae antiquitatis investigationes inopinato aluntur; papyri eos per cumulos inventi certatim empti sunt. Interdum vero mala lueri cupiditate et in fragmenta discissi, ut pluribus emptoribus satisficeret. Quamobrem foederis eiusdam nuptialis charta tripartita nunc nobis tria per loca Oxfordii, Genevae, Monachique prostat.

Hisee periculis ut occurrerent, ipsi antiquitatum cultores sibi modo ausum assumptere atque ad eos colles effodiendos ipsi effossores conduxere; ut Grenfellius atque Hunt Angli, ut Wilken, Germanus, alter per alti Aegypti loea, hie Esna ad urbem fecere. Wilkeni tamen navis Amburgum prope portum igne adusta, doctissimi viri fere vanos labores diuturnos reddidit.

Sed et per vetusta sepulera papyri facilime inveniuntur; mos enim erat Aegyptiis propinquos suos una cum carissimis supellectilibus sepelire. Itaque Timothaei Milesii poetae hymnus de victoria ad Salaminam, Abusirum ad oppidum, Ghisè prope pyramides, repertus est. Qui quidem maximi pretii papyrus habetur, quum Graecorum poeseos, post Pyndarum atque Bacchilidem, quae fuerint indeoles nos docuerit.

Alli autem papyri, numero etiam ingentes, habentur ex cadaverum illis involueris sive thecis, quae in humani corporis figuram ex spissiore charta Aegyptii effingebant. Charta enim illa multis saepe veteribus foliis in unum compressis formata est.

Quare anno MDCCXC Flinley Petrie, Germanus doctor, multos ex iis involueris emit, Berolinumque misit, ubi multa cum patientia disiectis singulis foliolis, multa apparuerunt vestigia veterum scriptorum insignia *Antiopsis Euripideae* paginae adhuc ignota atque *Fedonis διαλόγου* fragmenta, satis Platonii proxima. Ita factum est ut anno MCM Grenfellius atque

Huntius, quos gione meridiani duxere, multa nerunt, ex quib[us] re, ad aetatem pertinentia, cui

Quantu[m] deniq[ue] eorum antiquitatem hactenus dicta stimet.

DE DUOBUS IN

TEMPLUM epis inter vetus rito adnumeratur noni reginae olidere est in lapi Cathedrali prostaria antiquissima aedera, eius reliquum fundamentum extiterunt anno MDCCCLXXVII. Cen numerantur epis christiani aevi de in hoc sacra operales; nec tacentur, variis tempates, templum ho

Templum alterum archangelo Michaeli traditur olim familiari dicatum. Nosterius fabricatum cipientis ruditatibus pertinentes sustentatis temporibus exstruxerant; et priam habuerunt externa aedificatio, instante quato, viro de patre maxime merito.

Re fruere, ut natura Tamquam immortale

Sed neque tam facilius magis a

ch nomine incolae magnam nonnun-
dorum enim om-
num in locum Ae-
nt, ut, decurrenti-
congeriem cumuli

El-Fajum ad op-
altitudinem col-
ro vero ad urbem

frequens erat in
tius altiusque im-
Immundis vero
optiae antiquitatis
e sunt, quae Bero-
bonensis et Gene-

rum a nobis an-
um saccari fruti-
agros cooperunt,

es optimum sibi
d eos effodiendos

igitur saccarino
estigationes ino-

eos per cumu-
mpti sunt. Inter-

cupiditate et in
pluribus empto-
brem foederis cu-

a tripartita nunc
xfordii, Genevae,

current, ipsi an-
modo ausum as-

colles effodiendos
re; ut Grenfellius

Wilken, Germa-
ni loca, hic Esnaie

keni tamen navis
tum igne adusta,

os labores diutur-

sepulra papyri
mos enim erat Ae-
a cum carissimis
ne Timothaei Mi-
ria ad Salaminam,
sè prope pyrami-
m maximi pretii
aeorum poeseos,
lidem, quae fue-

etiam ingentes,
s involucris sive
s figuram ex spis-
tant. Charta enim
liis in unum com-

dey Petrie, Ger-
involucris emit,
ta cum patientia
apparuerunt ve-
gnia Antiopis Eu-
ae atque Fedonis
oni proxima. Ita
renfellius atque

Huntius, quos iam laudavimus, Fajum in re-
gione meridiana per necropolim effossiones
duxere, multaque ibi chartacea feretra inven-
erunt, ex quibus vetustissima documenta erue-
re, ad aetatem praesertim Ptolemai επεγνήτου
pertinentia, cui Phison cognomen fuit.

Quanti denique sint habendi papyri in Grae-
corum antiquitatis studiis provehendis, post
haec tenus dicta nemo est qui non apte ex-
stimet.

DE DUOBUS ANTIQUIS TEMPLIS IN URBE INTEMELIO

TEMPLUM episcopale Intemelii (*Ventimiglia*) inter vetustiora Ligurum monumenta me-
rito adnumeratur. Ruderibus enim fani *Iu-
noni reginae* olim dicati, ut vi-
dere est in lapide, qui adhuc in
Cathedrali prostat, exstructa fuit
antiquissima aedes B. Mariae sa-
cra, cuius reliquiae presbyterii
fundamentum effodientibus pa-
tuerunt anno M DCCC LXXVII. Sae-
culo XII templum instauratum
et ampliatum fuit ad normam
styli ut dicitur *byzantini-romani*; cui dein sequenti saeculo
vestibulum appositum fuit sty-
lum gothicum referens. Ad for-
mam basilicae exstructum aedi-
ficium, et superioris aetatis insci-
tia plures deformatum, nuper
ad praescriptum Eduardi Mellae
comitis vercellensis in pristinam
formam restitutum est anno
M DCC LXXVII. Centum et amplius
numerantur episcopi, qui per
christiani aevi decursum templo
in hoc sacra operati sunt, inter quos IV cardinales;
ne facendum Romanos Pontifices qua-
tuor, variis temporibus per Liguriam transeuntes, templum hoc sua praesentia decoravisse.

Templum alterum, quod intra urbis moenia
archangelo Michaeli sacrum adhuc inspicitur,
traditur olim fanum exstisso Castori et Pol-
luci dicatum. Nudis et rudibus lapidibus in-
terioris fabricatum, etiamnunc mediae aetatis in-
cipientis ruditatem omnino refert. Cryptam
habet, quam columnae romanum ad tempus
pertinentes sustentant. Sodales *benedictini* re-
motis temporibus ad templum hoc claustra
exstruxerant; et aedem hanc tamquam pro-
priam habuerunt, cui non haud recens frons
externa aedicata fuit aedificii formae respon-
dens, instante Hieronymo Rossi equite tor-
quato, viro de patriae et Ligurum historiis quam
maxime merito.

CALLISTUS AMALBERTI
in Ventimiliensi sem. doctor.

*Re fruere, ut natus mortal is; dilige sed rem
Tamquam immortalis: sors est in utroque verenda.*

AUSONIUS.

*Sed neque tam facilis res illa est, quin ea primum
Difficilis magis ad credendum constet.*

LUCRET., *De nat. rerum*, II.

HORAE SUBSECIVAE

Ugolini Della Gherdesca Comitis mors

(E DANTIS ALLIGHERII *Infer.* c. XXXIII)⁽¹⁾

*Perfidus hic foedo dentes contraxit ab esa,
Tersit et atratis ora cruenta comis.
Mox ait: "Infandum vis me renovare dolorem,
Talia versantem, qui premit usque animum.
Quem nunc dente voro, prodam si voce videbis
Me simul in mediis flere, dolere sonis.
Nescio qui venias, quoque huc errore viarum;
Sed civem Florae vox sonat una meae.
Ugolinus ego: quandam comes inclitus; at cur
Aversa hic subsit fronte Rogerus, habe.
Non opus hic, hospes, faris qua perfidus arte
Verterit in nostrum vincula necemque caput.*

*(Sic dolor intus agit) palmas ulrasque momordi;
Rem pueri adverbunt, consiliumque dabant:
Pascere iam genitor (minor est iniuria) nostris
Artibus; absumes munera parta pius.
Talia clamantes veritus, gemituque dolentes,
Morsibus abstinui, continuique manus.
Hinc binos tacuisse dies dolor impulit. Eheu!
Quidni sunt duri viscera apera soli?
Quarta lux aderat; Gaddus: - Succurre - rogabat.
O pater! - et patrios corravit ante pedes.
Corravit ante pedes, animamque efflavit in auras;
Sic sunt infanda pignora adempta nece.
Quare amens feror huc per amata cadavera et illuc,
Ternos perque dies nomine quemque suo
Compellabam ultra; donec mihi saevior ipsis
Funeribus vitam sustulit alra famas...
Vix ea fatus erat, canis instar, lumine torvo
Semesa arripiens tempora dente vorat....*



PHILANDRI BAVARI

DE AQUA DISPUTATIO⁽¹⁾

— Nunc, — inquam, — ad physi-
cium aliquem vos adducam, qui
de aquae usu vos imbuat, sicut
eius postulat ars. Qui primum
quidem aquae pondus, tum va-
poris vobis vim ostendet. Iamdu-
dum vos scitis, quis sit in mer-
catura metiendi modus, gram-
mata, chilogrammata novistis.
Quid adduxit homines ad istud
pondus? Aqua. Chilogramma no-
minaverunt Parisiis viri in arte
physica illustres eum pressum,
quo gravatur solum decimetro
aquaee cubico eo tempore, quo

aquaee est summa compactio, quum videlicet
quatuor est caloris graduum. Chilogrammatis
pars millesima est gramma. Hoc aquae pon-
dus movet molarum rotas, hoc portat in flumini-
bus et in mari navium corpora.

Et quid dicam de vi vaporis? Quae, quum
esset in usum hominum introducta, adeo per-
crebruit, ut iam nullum posse maius iter sine
ea suscipi credamus. Aquae enim subiicimus
ignem, cuius ardore in vaporem dissociatur
aqua, quem cum oculis videre non possimus,
minui aquae copiam tantam animadvertisimus.
Multo autem amplius occupat spatium vapor
quam aqua; ideo via, qua potest breviore,
emanat, quam, si claudimus, sibi ipse aperit.
Haud ergo vim tubo perducimus ad embolum
cylindri mobilem, quem suo appulsu protrudit.
Qui dum promovetur vaporis viam ex altera
parte aperit ipse, obstructa priore; itaque re-
pellitur eo unde venerat. Qui quidem motus
continuus rotis transmittitur vehiculi, quod cum
paucis vel multis curribus sibi adnexit, per
ferream viam, qua leniatur rotarum tritus,
abripitur. Sed paucis haec erant perstringenda,
quod brevi ipsi audietis in schola, et quod me-
lius pictis figuris intelligitis, quo quaeque loco
constituantur et quo moveantur machinae totius
membrorum. Iam vero suspicamini esse multum

(1) Cfr. num. sup.



Templum S. Michaelis in urbe Intemelio.

*Quod latet, hoc referam; sceleratum crimine ab uno,
Et vitae nosces impia fata meae.
Qua famis atra patent angusto limina hiatu
Ter Phoeben tardos vidi ego ducere equos.
Ecce autem horrendae per dira silentia noctis
Ante oculos rerum tristis imago stetit.
Qua Lucam Pisaque inter mons eminet, illuc
Visus hic infesta signa movere fide,
Gualandasque acies, Lanfranchiadasque catervas;
Cum catalisque lupum visae agitare canes:
Morsibus ac tandem cursu et formidine anhelos
Cum natis miserum dilacerare patrem.
Excitor somno, atque arrectis auribus asto:
Heu hent, et querunt pignora. Panis ubi est?
Quid moveat, nostro nisi iam moveare periclo?
Quod prope, quod summum prescia corda vident?
Tempus erat modico curandi corpora victu,
Sed mala quemque metu somnia sollicitant.
Sub pedibusque meis admoti stridere vectes;
Ostiaque horrifico murmure clausa premi.
Obrigui; natosque simul sine voce tuenter,
Me furor a lacrymis continuaque stupor;
Pallida sed fletu largo pueri ora rigabant;
Quorum unus: - Miseric quid, pater, instat? - ait.
Non tamen interea lacrymas vocemque ciebam:
Sic lucis, mihi sic tempora noctis eunt.
Rursus ut ante oculos sublustra turris in umbra
Natorum facies, patris imago, fuit;*

(1) Versio incerti auctoris, quam ultro ad nos misit socius clarissimus Salvator Casagrandi e S. I.

calorem in vapore, quum sit aqua igni cocta atque expulsa. Quem calorem per domicilia perducere possumus ad frigora hieme frangenda, quod ego seio patrem tuum, Laurenti, domi suae instruxisse.

— Verum est, quod dieis — ille — esse quidem salubrem calefactionem, sed suptuosissimam saepe a patre nostro audivimus.

Cui ego: — Non mirum hoc est, Laurenti; rei enim utilitati conveniat oportet pretium.

Qui ridens: — Tu iam perge — inquit.

— Quid? Num alia vis audire? Me ineptum, ut desistam persequi, non potius monetis?

Ad hoc Stephanus: — Exprome reliqua; avemus audire.

Et ego: — Quia me cogitis habete, quae meteorologi de aqua dicunt. Haec sunt et iucundiora auditu et intellectu faciliora, quia ante oculos sunt omnia. Integra mehercule res non est tam remota, quam ipsum nomen. Est autem meteorologia, si verbi, quod Aristoteles invenit, notionem disiungimus, scientia earum rerum, quae supra terram, vel quae $\mu\tau\tau\tau\tau\delta\eta\eta$ sunt, aer et quae continent, quo terra circumvolvit. Nam est quidem, ut supra dixi, aer nitragenium oxygenio admixtum, sed continet praeterea plus minusve vaporis, acidi carbonici, aliorum corporum. De vapore nos videbimus. Qui, si adest copiosior — semper autem adest — nubibus caelum tegitur, ut saepe, nec est ad ambulandum ea, quae hodie fuit, serenitas. Nubes autem observantur rationibus diversis a nautis, ab agricolis, a viatoribus, a meteorologis. Nunc ad rem ipsam veniamus. Unde est illa, quae est in aëre aqua? A terra, unde in vaporem continuo transformata surgit. Aëris autem partes, quae propius ad terram approxinquant, calidores sunt: nam solis radii a terra reflexi in aëra, huius calorem immittunt. Quod autem nunc leviores sunt, summa loca petunt, frigidiores partes deorsum labuntur, ut calefactae atque vapore refertae postea ascendat. Ita quidem facile videtis multam aquam posse efferri. Superius autem caelum est frigidius; frigidus autem aer tam multum vaporis retinere non potest, quam calidus; emittit ergo id quod ferre non potest in pulveris particulas minutissimas, quibus aer semper est repletus, a vento ex terra exagitatis. Hunc in modum innumerabiles naseuntur guttulae, quae quum in alto caelo collectae sunt, vocantur nubes. Quarum vero ipsi videtis esse elatiores alias, alias terrae proximas, ut nunc decem chilometrōrum, nunc ne unius quidem metri spatium inter terram et nubem relinquatur.

Tum Stephanus: — Velle profecto videre nubem tam humilem.

— At tu, — inquam, — saepe ambulabas in nubibus, autumno praesertim.

Ille: — Non ego memini.

— Ut statim tuae cupiditati satisfaciam, nebula, quae aliquando cubat in terra solo nomine differt a nubibus. Eadem est originis ratio. Si enim nocturna frigora tam sunt magna, ut ascendens ex solo vapor satis prope terram tepescat, ibi guttulae tenues oriuntur, quarum collectio tum nebula est. Guttulae autem vitae non quiescent, sed unis calore solutis aliae gignuntur et laevissimo vento agitantur.

(Ad proximum numerum).

ACTA PONTIFICIA

Decretum SS.mi per S. Congregationem Concilii Tridentinis decretis interpretandis vulgatum circa regulas celebrandi matrimonium.

Ne temere inirentur clandestina coniugia, quae Dei Ecclesia iustissimis de causis semper detestata est atque prohibuit, provide cavit Tridentinum Concilium, cap. I, Sess. XXIV de reform. matrim. edicens: « Qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsis parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attenuabunt, eos Sancta Synodus ad sie contrahendum omnino inhabiles reddit, et huiusmodi contractus irritos et nullos esse decernit ».

Sed cum idem Saerum Concilium praecepisset, ut tale decretum publicaretur in singulis paroeciis, nec vim haberet nisi iis in locis ubi esset promulgatum; accedit ut plura loca, in quibus publicatio illa facta non fuit, beneficio tridentinae legis caruerint, hodieque careant, et haesitationibus atque incommodis veteris disciplinae adhuc obnoxia maneant.

Verum nec ubi vignit nova lex, sublata est omnis difficultas. Saepe namque gravis existit dubitatio in decernenda persona parochi, quo praesente matrimonium sit contrahendum. Statuit quidem canonica disciplina, proprium paroehum eum intelligi debere, cuius in paroecia domicilium sit, aut quasi domicilium alterutrius contrahentis. Verum quia nonnunquam difficile est iudicare, certo ne constet de quasi-domicilio, hand panca matrimonia fuerunt obiecta periculo ne nulla essent; multa quoque, sive inseitia hominum sive fraude, illegitima prorsus atque irrita deprehensa sunt.

Haec dudum deplorata, eo crebrius accidere nostra aetate videmus, quo facilius ac celerius commeatus cum gentibus, etiam disiunctissimus, perficiuntur. Quamobrem sapientibus viris ac doctissimis visum est expedire ut mutatio aliqua induceretur in iure circa formam celebrandi connubii. Complures etiam sacerorum Antistites omni ex parte terrarum, praesertim e celebrioribus civitatibus, ubi gravior appareret necessitas, supplices ad id preces Apostolicae Sedi admoverunt.

Flagitatum simul est ab Episcopis, tum Europae plerisque, tum aliarum regionum, ut incommodis ocurreretur, quae ex sponsalibus, id est mutuis, promissionibus futuri matrimonii privatim initis, derivantur. Docuit enim experientia satis, quae secum perieula ferant eiusmodi sponsalia: primum quidem incitamenta peccandi causamque cur inexpertae puellae decipiuntur; postea dissidia ac lites inextricabiles.

His rerum adiunctis permotus SS. D. N. Pius PP. X pro ea quam gerit omnium Ecclesiarum sollicitudine, cupiens ad memorata damna et perieula removenda temperatione aliqua uti, commisit S. Congregationi Concilii ut de hac re videret, et quae opportuna aestimaret, Sibi proponeret.

Voluit etiam votum audire Consilii ad ius canonicum in unum redigendum constituti, nec non Emorum Cardinalium qui pro eodem codice parando speciali commissione delecti sunt:

a quibus, quemadmodum et a S. Congregatione Concilii, conventus in eum finem saepius habiti sunt. Omnium autem sententiis obtentis SS. Dominus S. Congregationi Concilii mandavit, ut decretum ederet quo leges a Se, ex certa scientia et matura deliberatione probatae, continerentur, quibus sponsalium et matrimonii disciplina in posterum regeretur, eorumque celebratio expedita, certa atque ordinata fieret.

In executionem itaque Apostolici mandati S. Concilii Congregatio praesentibus litteris constituit atque decernit ea quae sequuntur.

DE SPONSALIBUS.

I. — Ea tantum sponsalia habentur valida et canonicos sortiuntur effectus, quae contracta fuerint per scripturam subsignatam a partibus et vel a parocho, aut a loci Ordinario, vel saltem a duobus testibus.

Quod si utraque vel alterutra pars scribere nesciat, id in ipsa scriptura adnotetur; et aliis testis addatur, qui cum parocho, aut loci Ordinario, vel duobus testibus, de quibus supra, scripturam subsignet.

II. — Nomine parochi hic et in sequentibus articulis venit non solum qui legitime praeest paroeciae canonice erectae; sed in regionibus, ubi paroeciae canonice erectae non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et parocho aequiparatur; et in missionibus, ubi territoria nequum perfecte divisa sunt, omnis sacerdos a missionis Moderatore ad animarum curam in aliqua statione universaliter deputatus.

DE MATRIMONIO.

III. — Ea tantum matrimonia valida sunt quae contrahuntur eorum parocho vel loci Ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato, et duobus saltem testibus, iuxta tamen regulas in sequentibus articulis expressas, et salvis exceptionibus quae infra n. VII et VIII ponuntur.

IV. — Parocho et loci Ordinarius valide matrimonio adsistunt:

§ 1^o a die tantummodo adeptae possessionis beneficii vel initi officii, nisi publico decreto nominatim fuerint excommunicati vel ab officio suspensi;

§ 2^o intra limites dumtaxat sui territorii; in quo matrimonii nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide adsistunt;

§ 3^o dummodo invitati ac rogati, et neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

V. — Liceat autem adsistunt:

§ 1^o constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de iure servandis;

§ 2^o constito insuper de domicilio, vel saltem de menstrua commemoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii;

§ 3^o quod si deficiat, ut paroche et loci Ordinarius licite matrimonio adsint, indigent licentia parochi vel Ordinarii proprii alterutrius contrahentis, nisi gravis intercedat necessitas, quae ab ea excusat.

§ 4^o Quoad vagos, extra casum necessitatis parocho ne liceat eorum matrimonii adsistere, nisi re ad Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam adsistendi impetraverit.

§ 5^o In quolibet habeatur, ut matrino cho celebretur, nisi

VI. — Paroche concedere possunt ac certo, ut matrimoni torii adsistat.

Delegatus autem stat, servare tenet las pro parocho et superius statutas.

VII. — Imminentis rochus, vel loci O alterutro delegatus lendum conscientia mationi proli, ma ae licite potest co duobus testibus.

VIII. — Si cont parochus locei Ord delegatus, coram queat, haberi non tio a mense iam p lide ac licite iniiri mali consensu cora

IX. — § 1^o Celeb vel qui eius vices libro matrimoniorum stium, locum et d atque alia, iuxta n vel a proprio Ordin liet aliis sacerdos delegatus matrimon

§ 2^o Praeterea baptizatorum adnotat parochia matrimonio eoniu alibi baptiza rochus notitiam init baptismi sive per se palem transmittat, ut librum referatur.

§ 3^o Quoties matr aut VIII contrahitu testes in altero, ten trahentibus curare, praescriptis libris q

X. — Parochi qui violaverint, ab Ordinate eulpa punian matrimonio adstiterit et 3^o num. V, emolumentum sed proprio contrahit.

XI. — § 1^o Statutur omnes in cathol eam ex haeresi a sive hi, sive illi ab quoties inter se sp ineant.

§ 2^o Vigent quo supra catholice, si zatis, sive non bapt dispensationem ab gionis vel disparitatem matrimonium contraculari loco aut reg tutum.

§ 3^o Acatholici si zati, si inter se cont catholicam sponsali servandam.

um et a S. Congregatione eum finem saepius habiti sententiis obtentis SS. Concilii mandavit, ut leges a Se, ex certa liberatione probatae, consensum et matrimonii regeretur, eorumque certa atque ordinata fieret. que Apostolici mandatio praesentibus litteris nit ea quae sequuntur.

NSALIBUS.

nsalia habitentur valida effectus, quae contracta subsignatam a partibus a loci Ordinario, vel sal-

alterutra pars scribere tura adnotetur; et alius in parocho, aut loci Ordinario, de quibus supra,

hic et in sequentibus qui legitime praestantiae; sed in regionibus, erectae non sunt, etiam definito territorio cura amissa est, et parocho sionibus, ubi territoria sunt, omnis sacerdos ad animarum curam resaliter deputatus.

IMONIO.

matrimonia valida sunt in parocho vel loci Ordinario, alterutro delegato, et iuxta tamen regulas in pressas, et salvis ex-VII et VIII ponuntur. Ordinarius valide ma-

deptae possessionis nisi publico decreto nunciat vel ab officio

taxat sui territorii; in suorum subditorum, non valide adsistunt; ac rogati, et neque trieti requirant excusum.

stunt: time de libero statu e iure servandis; domicilio, vel saltem one alterutrius con-

parocho et loci Ordinario, indigent li- ii proprii alterutrius intercedat necessitas,

casum necessitatis matrimonii adsistere, ad sacerdotem ab iam adsistendi im-

§ 5.^o In quolibet autem casu pro regula habeatur, ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi aliqua iusta causa excusat.

VI. — Parochus et loci Ordinarius licentiam concedere possunt alii sacerdoti determinato ac certo, ut matrimonii intra limites sui territorii adsistat.

Delegatus autem, ut valide et licite adsistat, servare tenetur limites mandati, et regulas pro parocho et loci Ordinario n. IV et V superius statutas.

VII. — Imminente mortis periculo, ubi parochus, vel loci Ordinarius, vel sacerdos ab alterutro delegatus, haberi nequeat, ad consilendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolixi, matrimonium contrahi valide ac licite potest coram quolibet sacerdote et duobus testibus.

VIII. — Si contingat ut in aliqua regione parochus locice Ordinarius, aut sacerdos ab eis delegatus, coram quo matrimonium celebrari queat, haberi non possit, eaque rerum conditio a mense iam perseveret, matrimonium valide ac licite iniri potest emissio a sponsis formaliter consensu coram duobus testibus.

IX. — § 1.^o Celebrato matrimonio, parochus, vel qui eius vices gerit, statim describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testimoniis, locum et diem celebrati matrimonii, atque alia, iuxta modum in libris ritualibus vel a proprio Ordinario praescriptum; idque licet alius sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus matrimonio adstiterit.

§ 2.^o Praeterea parochus in libro quoque baptizatorum adnotet, coniugem tali die in sua parochia matrimonium contraxisse. Quod si coniux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi sive per se, sive per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptismi librum referatur.

§ 3.^o Quoties matrimonium ad normam n. VII aut VIII contrahitur, sacerdos in priori casu, testes in altero, tenentur in solidum cum contrahentibus curare, ut initum coniugium in praescriptis libris quam primum adnotetur.

X. — Parochi qui heic hactenus praescripta violaverint, ab Ordinariis pro modo et gravitate culpae puniantur. Et insuper si alicuius matrimonio adstiterint contra praescriptum § 2^o et 3^o num. V, emolumenta stola sua ne faciant, sed proprio contrahentium parocho remittant.

XI. — § 1.^o Statutis superius legibus tenentur omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi (licet sive hi, sive illi ab eadem postea defecerint), quoties inter se sponsalia vel matrimonium ineant.

§ 2.^o Vigent quoque pro iisdem de quibus supra catholicis, si cum acatholicis sive baptizatis, sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, sponsalia vel matrimonium contrahunt; nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum.

§ 3.^o Acatholicis sive baptizatis sive non baptizatis, si inter se contrahunt, nullibz ligantur ad eatholieam sponsalium vel matrimonii formam servandam.

Praesens decretum legitime publicatum et promulgatum habeatur per eius transmissionem ad locorum Ordinarios: et quae in eo disposita sunt ubique vim legis habere incipient a die solemnis Paschae Resurrectionis D.N.I.C. proximi anni M DCCCC VIII.

Interim vero omnes locorum Ordinarii euident hoc decretum quamprimum in vulgus edi, et in singulis suarum dioecesum parochialibus ecclesiis explicari, ut ab omnibus rite cognoscatur.

Praesentibus valituis de mandato speciali SS. D. N. Pii PP. X, contrariis quibuslibet etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae die II mensis Augusti anni M DCCCC VII.

* VINCENTIUS CARD. EP. PRAENEST. Praefectus.

C. DE LAI, Secretarius.

Dubium III. — Utrum, non obstante praxi quae a primis temporibus in Universa Ecclesia constantissime viguit, arguendi ex quarto Evangelio tamquam ex documento proprie historico, considerata nihilominus inde peculiari eiusdem Evangelii, et intentione auctoris manifesta illustrandi et vindicandi Christi divinitatem ex ipsis factis et sermonibus Domini, diei possit facta narrata in quarto Evangelio esse totaliter vel ex parte conficta ad hoc ut sint allegoriae vel symbola doctrinalia, sermones vero Domini non proprie et vere esse ipsius Domini sermones, sed compositiones theologicas scriptoris, licet in ore Domini positas? — Resp. negative.

Die automi 29 Maii ann. 1907, in Audientia amboibus reverendissimis Consultoribus ab Actis benigne concessa, Sanctissimus praedicta responsa rata habuit ac publice iuris fieri mandavit.

FULCRANUS VIGOURUX P. S. S.
LAURENTIUS JANSENS O. S. B.
Consultores ab Actis.

DIARIUM VATICANUM

(Die xxii mens. Iulii — d. xx mens. Augusti MDCCCCVII).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites aliasque viros, qui sui quisque munera gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Beniaminus Mignana, rector Seminarii Hispani de Urbe cum suis alumnis; manus peregrinorum Teutonorum; Robertus Razzoli O. F. M., Terrae Sanctae Custos; Ianuarius Granito de Belmonte, archiepiscopus Edessen, Nuntius Apostolicus apud Austrorum Hungarorumque Imperium; Wolfram de Rotenhan, dynasta, legatus extraordinarius et minister cum omni potestate Borussorum apud Apostolicam Sedem; Yasuya Uchida, Iaponiorum Caesaris legatus extraordinarius ad Pontificem, litteras Imperatoris sui perferens; Antonius Augustus Intreccialagli ex Ord. Carmelitarum excalceatorum, episcopus Calatanisiadensis, consecratus; manus peregrinorum e Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis; Camillus Rospigliosi, Princeps Urbanus, prefectus nobilibz protectoribus sacri lateris Pont. Max.; Maximilianus D'Erp, dynasta, legatus extraordinarius atque minister cum omni potestate Belgarum apud Apostolicam Sedem; manus peregrinorum ex Germania et Canadensi civitate.

Pontificiae electiones.

Dominicus Fanucchi, Vicarius generalis Lucan., et Dominicus Mammoli, Pontificiae domus antistites, alter episcopus Civitatis Plebis, alter episcopus Montis Falisci eliguntur.

— Michael Sleutyes O. F. M. inter iudices S. Congregationis de Propaganda Fide, et Doroteus Cornelisse eiusdem Ord. inter iudices S. C. Studiorum referuntur.

Vita functi viri clariores.

Die xxvi mens. Iulii Iosephus Mesegner y Costa, archiepiscopus Granaten., Villabreni in diocesi Derthusen. ortus d. IX mens. Novembr. M DCCC XLIII, electus an. MDCCCCV.

— Die xxx Gustavus Adolphus de Pélacot, episcopus Trezen. ab anno MDCCC XC VIII, n. in civitate Le Puy d. XIV mens. Junii MDCCC XL; hoc anno MDCCCCVII promotus ad metr. Chamberien.

— Die X mens. Augusti Dominicus Svampa, Purpuratus Pater, archiepiscopus Bononiensis, in oppido Montegrano dioecesis Firman. n. d. XIII mens. Junii an. MDCCC LI, electus Forolivien. electus d. XXVIII

mens. Maii M DCCC LXXXVII, in Metropolitan. Bononien. translatus et in Sacrum Senatum cooptatus d. xxiv mens. Maii M DCCC XCIV, tit. S. Onuphri ad Ianiculum; vir scientia et pietate insignis.

Varia.

Die IX mens. Augusti « Pontificia Capella » in Xystino sacello habetur ob expletum feliciter a SSmo quartum Pontificatus annum.

ANNALES

Mauritana res.

Nubes, iamdudum in Mauritano imperio collectae, fulmine ex improviso atque lacrimabili luctu discissae sunt; fanaticus enim incolarum furor, « bellum sanctum » indicens, ad arma concurrit, Europaeos Israelitasque petiti, qui non omnes navium auxilio ad ancoras in portibus deligatarum, vitam servare potuerunt, dum sua bona omnia igni atque populationibus ferociter traduntur.

Haec Casablanca ad urbem maxime contigerunt, ubi Gallici Hispanique milites, post Algeciranum coetum in tutelam delegati, ad vim coercendam haud satis valuere. Ad ultionem igitur ventum est: novi milites missi, qui tamen litora suo sanguine madefecerunt; urbs fulmineis tormentis oppugnata atque Drude, Gallici imperatoris, supremae ditioni commissa. Equeid vero? Alio vastatio et bellum conversa sunt, et Mazaghan, Mogador, Rabat urbes in disserimen adductae.... Quamquam rei exitus indubius plane videtur: nostris enim temporibus ardua non tam ab indigenarum decertationibus plerumque gignuntur, quam e zelotypia Europaearum nationum, consilia et facta ipsa saepius resolvente; hodie contra — dum saltem scribimus — Europaeorum gubernia, nullo excepto, in id consentiunt, vim esse adhibendum, per eamque ordinem omnino restituendum.



Haganus de pace conventus alter.

Dum in nordica Africa sic tonant bellica tormenta multaque inferunt caedes et funera, Hagae, quasi ad illusionem, de pace convenitus lente multisque verbis producitum tum de neutrorum iuribus, tum de circumsessionibus, de praedarum tribunali, deque arbitrorum sententiis revisendis utraque parte consentiente. Certae vero deductiones minime intercessisse videntur, ita ut legatorum unus haec, argute quidem, scripsisse dictetur: facilis esse inter bellantes duos quam inter neutros quadraginta bellum componere.



Regalia itinera.

Optatae pacis pignora deducenda ne potius erunt a regalibus itineribus, quae hisce etiam diebus producta sunt? Affirmant saltem diaria de conventu illo quem Swinemündē Guilelmus, Germanorum Caesar, et Nicolaus Russorum, adstantibus inde Bülowio, hinc Iswoski administris, habuere; itemque de Balkanica quaestione esse sentendum circa visitationem a Ferdinando, Bulgariae principe, ad Franciscum Iosephum, Europaeorum Imperatorum Nestorem, Ichl peractam; item denique quod Danorum regem ad Islandiam sollemni pompa appulerit,

unde autumant illius insulae « authonomian » late propugnatam aequa ratione iri compostum. Si rosae sint, flores suo tempore effundent.



Inter Russiam et Iaponiam foedus ictum.

Foedus inter Russiam et Iaponiam est tandem omni ex parte absolutum; cuius vi duo imperia invicem sese obstringunt non solum ad cuiusque territorii integritatem servandam, sed etiam Sinarum; ac praeterea ut singulæ pactiones a recenti bello initiae immutatae prorsus maneant.



Italici motus in Catholicam Religionem.

Patriae caritas nos tenet, quominus de illiberalibus illis motibus fuse loquamur, quos, calamiae artibus per morum speciem, factiosi homines contra Christi religionem passim in Italia ita excitarunt, ut infima plebs Purpuratum ipsum Patrem Apostolicae Sedis negotiis publicis praefectum contumeliis minisque aggredi propalam non dubitaverit. Id unum animum advertemus, iisdem modis religiosum bellum in Christi asseclas apud Gallos novissime susceptum; id hodie ominamur, ne sana mens intelligensque Italorum iudicium pessimo exemplo vinci sinant.

PUBLICI PER ORBEM COETUS
LEGIBUS FERENDIS

In Anglia rerum ad exteriores administer Grey late dissennit de Macedonum legibus renovandis, de ratione civili cum Aegyptiis et Congolensi imperio habenda, deque novo foedere cum Russis initio ad Asiaticas quaestiones inter utrumque populum dirimendas. Agraria Hiberniae res iterum in disceptationem est adducta.

In Austria rationibus accepti et expensi pro tempore approbat, feriae indictae.

In Perside lata lex de militaribus copiis ad imperii fines augendis.

PER ORBEM

Die XXI mens. Iulii M DCCCCVII ad medianam noctem naves vapore actae *Columbia* et *Sanc-tus Petrus* apud S. Francisci litora in civitatibus foederatis Americae Septemtrionalis, ob nebulae visum celantem, altera in alteram occurrit. *Columbia* fluctibus obruitur, secum viatores, ad centum numerum, misere trahens. — die XXIV coram Belgarum rege magna que populi multitudine Zeebruse portus navibus aperitur.

— d. XXV Puteolis ad Neapolim vita decedit Aloisius Fabron, italus pictor late concelebratus. Natus erat Augustae Taurinorum an. MDCCCLXV.

— d. XXVII Londino nunciatur Moray Williams, clarus archaeologiae rei studiosus, ad Petersfield splendidum romani ruris monumentum effodisse.

— d. XXVIII incendium, inter saltatorios ludos in lignea domo exortum atque celerrime diffusum, Coney Island, notissimum illum ac pulcherrimum oblectationum congestum Nor-

diae Americae, late subvertit. Damna ad septuagies centena millia libellarum computantur.

— die XXIX incendium alterum dolo malo, uti appetet, Neo-Eboraci in urbe accensum, aedes tabulatis sex constantes absument, mortem horrendam inquinilis procurat, mulieribus praesertim et pueris.

Die VI mens. Augusti, Metarum in urbe, adstante Purpurato Patre Vincentio Vannutelli, episcopo Praenestino ac Pontificis legato, XVIII conventus Eucharisticus sollemni ritu inaugurator.

— d. IX Senis diem obit supremum Stanislau Mocenni, qui fuit bellicae rei in Italia minister.

— d. XII Lutetiam Parisiorum attingit, magna pompa acceptus, Scipio Burghesius, Romanus princeps, automobili curru Pekino, ex Sinarum urbe capite, profectus.

— d. XV, Doemitz, in Meklemburgensi oppido, dynamites officina immenso fragore incenditur atque in ruinam cum pluribus opidi domibus corruit. Mortui inde incolae duodecim; vulneribus affecti quinquaginta.

— d. XVII in balneorum statione Oldorchard ad Neo-Eboracum, negotiatorum vicus, centum et ultra domus complectens, flammis voratur.

— d. XIX, Perusiae, ubi antique artis exhibitio patet, musicæ sacrae Italici cultores congregantur de sua arte provehenda simul disceptaturi.

AENIGMATA

Et viridi museo et tenui sum vilior alga:
crede mihi; qui me vendidit, ille furt.

Insere litterulas, quas inseruisse placebit:

c, f, g, p, t, si libet, ecce tenes.

C quatuor arma ferox: ille est Telamonius Ajax,
sive is, quem Paridis tela dedere neci.

F doctus tetigisse feras celerique sagitta
hostes, dente quidem candidus, ore niger.

G laetus segetes et Bauchi munera donat;
arcet arundinea falce Priapus aves.

P nemora et saltus habitat, P devia montis:
si procul aspicias, fleete, viator, iter.

T color, haud qualis violae florisse rosarum,
nec iam virginis excubat ille genis.

I. B. PESENTI

Ex sociis, qui huius aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet IOANNIS BATTANII opus, cui titulus:

ANTHOLOGIA PARVA GRAECO-LATINA (vii).

Aenigmata an. X, n. VI proposita his respondent:

1) Cos-sus; 2) Lucerna - Lacerna.

Ea rite soluta miserunt:

Henr. Tarallo, *Neapoli*. — F. Arnori, *Mediolano*. — Petrus Tergestinus. — Collegium Iosephinum, *Valsio*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Callistus Amalberti, *Albo Intemelio*. — F. X. B. *Florentia*. — F. Guerra, *Aetio*. — Rich. Brondel, *Brugis*. — Rich. Müller, *Berolino*. — I. Ortiz, *Morelia*. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — Ioan. Rappel, *Aureliano*. — I. Rambaldi, *Geneva*. — Fr. Bonaventura, *Aeterno*. — Rich. Lefèvre, *Parisii*. — V. Starace, *Panormi*.

Sortitus est praemium:

IOANNES RAPPEL,
ad quem missum est PETRI ANGELINI opus

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis, Phil. Cuggiani.

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

PHI.

Cremetur!

ANAST.

Patriam suosque funeri infesto dedit
 « Sepultus ante fata sub tumulo evomat
 Animam celestam ».... Miles, in seutum leva (1).
 Iam me superba voce bubonem voca;
 Voca malorum nuncium. In tabulis nota:
 « Simplex probusque nec fide, nec time ».
 Ferale monstrum! I, patere, quam simplex tibi
 Probusque poenam iungit horribilem. Iace
 Vivus sub atro lapide, dum nigrum expuas
 Rabiosus animam; frater accedet comes.
 Ibo et sepulero funus invisum dabo.
 Praeite socii: pompa feralis vocat (2).

SCENA VIII.

LONGINUS, UMBRAE; deinde PROCLUS et MILITES (3).

LONG. Quis me recessus, quaere, sepositi tegat
 Mundi latebra? Merge lucentem diem,
 Invise sol! Horrenda tenebrarum chlamys,
 Caligo, noctis horror, umbrarum chaos
 Involvat orbem; redde inaspectam fugam.
 O ludus Aulae! Dira Fortunae rota,
 Infesta fata, lucis inimicæ faces!
 Huc e superbo tractus in praeceps gradu
 Tandem revolvor? Profugus, abiectus, miser,
 Mundi per omnes erro ludibrium plagas.
 A latere civis; miles a tergo premit;
 A fronte quisquis scelera perpessus mea.
 Undique tenemur; fugio, nec fugio tamen.
 Alios ut hostes fugiat, o quoties sibi
 Obiecta mentis forma terrores movet!
 Quoties tremendos Ditis obtrudit rogos!
 Suspicio caelum?... Fulmen extimeo miser.
 Despicio terram? Opaca Tartarei reor
 Hiare mundi. Fremuit a tergo sonus?
 Adesse culpæ suadet ultorem timor:
 Mox latera pulsat horror. Hinc illine faces
 Ardere visae: flagra terribili quat
 Sonore; totus undique in nostros metus
 Coniurat orbis. Maior arcanas tamen
 Vexat medullas angor: aeternus iecur
 Corredit intus cancer et fibras vorat.
 Sic inter istas mentis attontæ faces,
 Inter tumultus, taedia, pavores, minas,
 Speciesque poenæ mille, proh poenæ genus!,
 Volvor, revolvor, rapior, abripior, premor....
 Vincis, Pelagi, vincis.... Excidimus loco.
 Excidimus?... (4). Unde? Throno Caesar, ducum
 Propago. Ab arce tu quoque aetherea ruis,
 Rutile, rutile Phaeton: fuge ignem tetrici
 Iovis!... Vocamus... St!... Coeca Longinum undique
 Fortuna perque lustra, subque cornibus

(1) Attollitur Zeno in scuta militum.

(2) Exeunt omnes.

(3) Clamantibus intus militibus, prodit Longinus collo in fasciam sericam nigram tamquam in laqueum inserto, nudam sicam dextera praferens, sine galero, horrente capillo.

(4) Insanit.

Lunæ silentis quaerit. Heus caelum tace!
 Bene est. Reliquiae sortis antiquæ (1), et hoc et hoc,
 Quantum placetis? Numquid ad manes iter,
 Iter retrusum, triste, latebrosum, cavum
 Effodiet iste ligo? Penetremus. Meis
 Rigidior astris terra successum negat.
 Ista (2) cavabo melius in terra specum.
 Age, cuspis, auspicare pallentis viam
 Erebi: repostas ore ferrato fibras
 Punge et repunge (3), donec impuro fugax
 E pectore, indignata cum gemitu stygem
 Reposcat anima. Sin aberrabit scopo
 Ferrum, subibo pondus infelix trabem.
 Inferne princeps, torve tartarei lacus
 Regnator, uni tota Longini retro,
 Cui servit aetas, pande inexpleti sinus
 Orci, sepultos hospes irrumpit lares.
 Valete, sidera, semper infestas mihi
 Largita flamas: stygia me tellus manet.
 Valete, turre, unde per praeceps cado
 In alta Ditis, Tartari ad fundum ultimum.
 Vale, aula, casus una molitrix mei;
 Aliam sub aulam vulnere aeterno....

UMBRA PELAGII (4) Cave:
 Stant alia fata. Cernis? Hic lethi crux,
 Haec te securis vulnere aeterno premet.
 LONG. Premet, premet, premet haec securis vulnere
 Aeterno? Adeste, tela, mendacem probo (5).
 Pretiose funis, digne cui regem trabe
 Nectas ab alta, pugio fefellit fidem;
 Tu frange certus colla!...
 UMBRA GAZAEI (6) Craterem prius
 Fusco replebis sanguine.
 LONG. O moles mali!
 PROCL. (7) Pergite, nefandum rapite Longinum ocius.
 Ocius eatur, ocius.
 LONG. O miser fuge!...
 Styx alta, styx profunda!...
 PROCL. (7) Properate ocius!...
 LONG. Quis me per auras turbo?...
 UMBRA HARMATII Sta; clausa est via.
 LONG. Etiamne ad Orcum?
 PROCL. (7) Prendite.
 LONG. O tellus, hia!...
 PROCL. (8) Hac, hac; prope est, tenete.
 LONG. Stat furoris caput
 Ultro vovere. Adeste: qua datur.... (9)
 MILITES. Retro!
 PROCL. Stringite fugacem. Miles, obtrunca, feri (10).

(Ad proximum numerum).

(1) Fasciam et pugionem indicat.

(2) Sedens in terra, pugione fudit.

(3) Pectus suum indigitans.

(4) Praferens securim, qua plexus est, executit Longino sicam.

(5) Fasciam circumdatam collo arripit, suspenditum meditans.

(6) Calicem manu tenens, ex quo venenum hauserat.

(7) Clamans post aulam.

(8) Irruens in scenam cum suis militibus.

(9) Fugit ad portas, quas omnes occupant milites.

(10) Capitur Longinus a militibus et vi rapitur. — Scena mutatur; apparet Zeno in sepulcro, thorace detracto, oneratus vinculis.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVII.

Premium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;
ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5;
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

Ex subnotatoribus quisque KALENDARIO a *Voce Urbis*
expresse edito fruetur.

Qui socios novos comparaverit duos premiumque eorum
misericordia, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium
mensem - bibliopolis exceptis - dimidiatum premium itineris habebit a quovis Europae
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti
vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra,
eodem iterum gratis omnino fruetur.

Kalendis Ianuariis MDCCCCVII "cumulativa,, subnotatio instituta est
inter comm. *Vox Urbis* et Romanum diarium *Corriere d'Italia*.

Ven in Italia lib. 18; apud exteras gentes lib. 34,50.